

iussa Stis Ve revocare debeam. Seit S^{tas} Va, quam semper timidus in hac re fuerim sentiens frigiditatem istorum et ut S^{tem} V^{am} a mense Augusti per venerabilem virum magistrum Franciscum de Toletto de hac re consulni timens ne aliquod¹ scandalum inde oriretur, si ultra procederem. Cuius rei auctor vel causa esse magis horrebam quam mortem. Ob eam rem nichil unquam feci nec mandavi. Iniuste igitur de me querelam faciunt in hac parte. Sed si quid est, in quo eos offendit, hoc solum est quia voluissent, me ad excusationem eorum et ad iustificandam causam suam accusare serenissimum² dominum imperatorem et totum onus huius rei reicere in M^{tem} Suam, contra quam secrete iam moliri ceperant, ut postea apparuit. Et quoniam hoc nolui facere, cum nullam instam causam haberem, conceperunt adversus me odium, existimantes me Ces. M^{ti} nimis affectum, in qua re certe non falluntur. Colo enim, et summe veneror M^{tem} Suam, tum³ quia intelligo, quam affecta sit ei B^{do} Va et ille vicissim S^{tem} V^{am} colat, tum propter mirificas virtutes et summam bonitatem, fidem ac religionem M^{ts} Sue, tum quia ita expedire rei, de qua agebatur, nihi videbatur. Ob hanc eandem causam et amicitiam mutuam etiam de S^{te} V^a homines isti non bene contenti sunt et hoc publice dicunt, quod et multis aliis argumentis S. V. intelligere potest et ex deliramentis impudentis et insulti viri, imo vero perfidi heretici Gregorii, que nuper redacta in scriptis ubique sparsit, quas ego vix passus sum semel audire, postea abieci nec mittere ad S^{tem} V^{am} volui. Quod nisi scirem S^{tem} V^{am} optime nosse causas huiusmodi commotionum alias esse quam sit hec decimarum, rumperer dolore. Sed multa ad hec simul occurrunt, b[eatissime] p[ater]. Primo summa ingratitudo Maguntini. Nunc enim apertius de eo loquar, in cuius domo publice, ut mihi retulit dominus Rodolphus decanus Wormatiensis, dum Maguntiam ex Wormatia redirem, aperto ore omnia mala⁴ dicebantur contra curiam Ve B^{is} per illum vesanum episcopum ord. predicatorum, qui pro confirmatione eius Mantue fuit et ceteros domesticos eius.⁵ Allego Sti Ve testem; poterit eum rogare, cum placuerit.

Accessit deinde excommunicatio eius propter annatam, qua re ita commotus est, ut velit celum terramque miscere, et tanti facit excommunicationem tam ipse quam ceteri quanti eam faceret nescio quis. Ad hec cupit imitari vestigia predecessoris sui, qui semper parum devotus fuit Apostolice Sedi. Qui eius machinationes melius novit quam B^{do} V^a que malis tunc quantum in se fuit restitit. Apparet

¹ Cod.: aliquid.

² BACHMANN: illustrissimum.

³ BACHMANN: cum.

⁴ BACHMANN: male.

⁵ L'interpunzione in BACHMANN (punto dopo *fuit*) non dà senso. In BACHMANN manca anche *cius* che è chiaro nel codice.